



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Vita Et Virtutes Venerabilis Patris Lvdovici De Ponte, Societatis Jesu**

**Lamparter, Heinrich**

**Jngolstadii, 1662**

Cap. V. Scholasticæ occupationes, & solemnis Professio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43978**

tus, cum spe obtinendi. Hanc autem gratiam acceptam retulit precibus magistri sui Alvarez, non diu antè, Belmonti 25. die Julij, cœlo recepti. Præterea nunc alia sensa, quæ tum de alijs, cum præcipuè de humilitatis virtute accepit hoc tempore probationis, referenda suis locis in libro sequente.

CAPUT V.

SCHOLASTICÆ OCCUPATIONES, & solemnis Professio.

I.

**A**NNO 1580. ad Festum S. Lucæ Salmanticam est missus Ludovicus, & post egregiè propugnatas assertiones ibidem ex tota Theologia, Legione Philosophiam anno sequente docere coepit, magna cum laude, & estimatione doctrinæ, nullo tamen suo gustu, nisi quem dabat obedientia: quâ fiebat, ut ei muneri cumu-

*Docet  
Philosophiam.*

cumulatissimè satisfaceret : nam  
& ea, quæ dictabat in schola, non  
subtiliter tantùm & eruditè, sed  
magna simul claritate & ordine  
componebat, levando labori disci-  
pulis scientiarum ; & in disceptationibus  
seu propugnaret, sive oppugnaret  
libentissimè audiebatur, eratque  
tutum admirationi, cum formidini

*Discipu-  
los exci-  
tat ad  
studium  
virtuti.*

Singularem etiam curam discipu-  
lorum habuit, hortando singulos  
& animando, ut in studia diligenter  
incumberent ; invitando eos ad  
proponendas sibi quæstiones, in  
quibus hærebant, easque patienter  
& amanter ipsis explicando, ut  
nemo se neglectum, omnes æqua-  
liter se, suumque profectum illi  
cordi esse viderent. Nec minori  
fuit ipsis incitamento ad virtutem,  
præclaris monitis & exemplis eos  
accendens, primus in omnibus  
exercitationibus pietatis, sive in  
triclinio culparum se reum pera-  
gendo,

gendo, oscula figendo pedibus ac-  
cumbentium, commendando  
cibum, aut eum sumēdo sub men-  
sa, & alia obeundo, quæ fert usus in  
Societate: sive in culina operam  
navando cœcis, & abjectissima quæ-  
que munia domi fungendo: qui-  
bus modis ita rapiebantur animi  
omnium, præsertim discipulorum,  
ut eum certatim studerent imitari.

II.

Brevi etiam foras emanavit, ac *Prodest*  
per totam civitatem fusa est fama *simul*  
sanctitatis illius: unde multi, etiam *proximo*,  
viri graves & nobiles, eum delegere  
pro moderatore animi sui, suos ei  
lapsus, infirmitates ac dubia pro-  
ponendo; quibus magna se cari-  
tate impendit, enixiùs tamen ple-  
beis ac pauperibus. Nec paucos  
inexpectata cōversione ad eximia  
exempla probitatis traduxit: hos  
inter homo juvenis fuit, ex illu-  
strissima inter Hispanos prosapia:  
qui

qui cùm, Ludovici monitu, se  
totum appulisset studijs virtutum  
ut per austeritatem erga se ipsum  
liberalitatem erga egenos, & alia  
exercitia pietatis expeditiores co  
ram DEO rationes haberet, suis  
admirantibus, & mentis turbid  
motionem suspicantibus, con  
stanter edixit, brevè se à DEO eve  
candum ad iudicium. Et hoc non  
ab animi perturbatione, sed divi  
tus ei compertum fuisse, eventus  
ostendit. Nam subitaneo corre  
ptus morbo, quando illius exhila  
randi causâ, nescio quos ludos a  
pompa instruxerant, advocatus  
Ludovico cum dolore omnes to  
tius vitæ noxas confessus est, &  
Sacramentis munitus, magna cum  
animi pace, ac fiducia, ad melio  
rem vitam decessit, annis & viri  
bus multò longiorem ei vitam  
pollicentibus.

III.

Non continuit se intra moenia *Excursus*  
fervor Ludovici, sed Dominicis, *rit ad*  
Festisque diebus cum aliquo disci- *pagos.*  
pulorum exivit ad villas ac pagos  
vicinos, à quibus maturè posset  
redire in urbem. Jbi convocato ad  
templum populo rustico explica-  
vit foeditatem peccati, fructus poe-  
nitentiæ, brevitatem vitæ, poenas  
infernæ, & alia, pro captu nationis  
illius, & necessitate: fecitque hoc  
tanta vi dicendi, ut emollitis exci-  
derint lacrymæ: à concione, pueri-  
tiam in rudimentis doctrinæ Chri-  
stianæ instituit: reliquo tempore  
aures præbuit peccata sua deplo-  
rantibus; quales etiam alijs diebus  
ad eum in urbem veniebant, quos  
magna suavitate tractatos, cum  
suo & ipsorum solatio, remisit ad  
sua magalia. Fecit autem has ex-  
cursiones pedibus, nullo comme-  
atu instructus, sed victitans eo,  
D quod

quod ultro datum esset pro stipendio  
 vel ostiatim emendicasset cum  
 socio; gratulando sibi, quòd cum  
 primo comitum Christi, Paupere  
 tate, epularetur. Quantum vis  
 tem fatigatus domum redijisset  
 Iperi, nihil ampliùs refocillationem  
 admisit, quàm si tota die domo  
 mansisset, ad studia sua, quasi  
 jucunda recreatione, revertentem  
 Quos autem dies vacuos habebat  
 à scholis, eos visendis pauperibus  
 & sacris locis impendere consu-  
 vit, magis ea consuetudine cum  
 DEO, & egenis, recreari se existi-  
 mans, quàm alia ratione quacum-  
 que: nec vana fuit illa opinio; qui  
 multiplici dulcedine, sensu coele-  
 sti, & affectu recreabatur à DEO  
 ut Francisco de Salzedo, discipulo  
 magnæ virtutis, familiariter dice-  
 ret; videri sibi, à DEO se tractari ut  
 filium parvulum, quem pater ele-  
 ganti veste indutum, prehensum  
 manu

*Recrea-  
 tiones  
 Ludovici.*

manu ducat per forum, ut conspe-  
ctu variarum in mercatu rerum,  
exhilaratum, sui amore magis af-  
ficiat.

IV.

Hoc tali magistro plurimum in *Eius di-*  
virtute promoverunt illi, quos ha- *scipuli,*  
bebat è Societate, discipuli. Tres *Marti-*  
cōmemorabo solū insigniores: *nus Del-*  
primus esto Martinus Antonius *rio.*  
Delrio, vir singularis humilitatis  
& obedientiæ: qui cū ex libris,  
quos mira eruditione refertos edi-  
derat, orbe toto notissimus esset,  
jāque Parisijs doctore Joanne  
Maldonato Philosophiam audivif-  
set, in Societatem ingressus, de-  
nuo ad summulas, & rudimenta  
Dialecticæ, volūrate Superiorum,  
redire non dubitavit; sed magnæ  
felicитatis loco habuit, quòd Lu-  
dovicum magistrum obtinisset,  
à quo non minus in cœlesti, quàm  
humana Philosophia posset con-

D 2 discere:



*Franciscus de Salzedo.*

discere: de cuius vita alij prolixius  
retulerunt ad posterum. Alter fuit  
Franciscus de Salzedo, consobri-  
nus Balthasari Alvarez, eidemque  
in familiaritate cum DEO non  
multum absumptis; cui multas ho-  
ras impendebat quotidie, diu ante  
alios è strato surgens. Hic dum  
Collegij Rector esset Avilæ, a  
ipso Christo monita est Maria Vel-  
ex ordine S. Bernardi, raræ sancti-  
tatis, & extraordinarij spiritus vir-  
go, ut illum sibi sumat animæ su-  
moderatore, eiq; studiosè ob-  
diat. De quo in vita ejusdem vir-  
gis cap. 32. refertur, eum tantæ  
authoritatis fuisse apud eos, quo-  
rum conscientias regebat, ut erant  
gravissimus, & religiosissimus qui-  
que ex tota civitate, illi quasi puer-  
rum se submiserit; licet majoræ  
nati, quàm 34. annorum non esset.  
Deinde illum nullo neque labore  
neque indignitate rerum superati

aut fa-  
rum s-  
Terti-  
fanne-  
nis, a  
proE-  
& inn-  
stiana-  
tis Ec-  
mam  
exem-  
cujus  
bebat  
mem-  
Riba-  
lib. 5.  
An-  
tica,  
magi-  
tantu-  
ut &  
res t-  
Acad-

aut fatigari potuisse, cum de aliorum salute, & causa DEI ageretur. Tertius est Hernandes de Villafanne, qui in Cinaloa totis 30. annis, Apostolico spiritu, plurimis pro Evangelio laboribus exhaustis, & innumeris ad agnitionem Christianæ veritatis adductis, & fundatis Ecclesijs, gloriosam DEO animam reddidit; plurimum adjutus exemplis & institutione Ludovici, cujus semper aliquid librorum habebat in manibus. De quo plura memorantur à P. Andrea Perez de Riba, in historia novæ Hispaniæ lib. 5. cap. 23.

*Hernandes de Villafanne.*

V.

Anno 1584 Ludovicus Salmanticæ, nostris Theologiæ studiosis, magister datus est; quo in munere tantum & laudis, & gratiæ retulit, ut & inter florentissimos, qui plures tum erant, in celeberrima illa Academia, Doctores excelleret, &

*Theologiam docet Salmanticæ.*



discipuli ad eum, quasi solus esset  
 dubia sua frequenter referrent.  
 Ipse vsus occasione non omisit  
 los dexterè simul ad maiorem in  
 virtute progressum incitare; di  
 cere solitus, miseram esse condi  
 tionem Religiosorum Doctorum  
 nisi conarentur etiam in studi  
 virtutis promovere discipulos.  
 Quia verò propter exercitia lit  
 raria, consueta diebus festis, a  
 Dominicis, ei non licebat excu  
 rere ad pagos, ut Legione fecerat  
 quoties ab illis excusare se potuit.  
 omne tempus in excipiendis pe  
 nitentium cōfessionibus consum  
 pfit: per septimanam autem eis  
 qui majorum incrementorum  
 capaces erant, stasis horis operam  
 dedit.

## VI.

Vnicum annum relictus in hoc  
 officio, ad alia fuit abstractus  
 scholis: quòd etsi plurimum vale

ret in i  
 retur  
 in quo  
 fuerit  
 ptem  
 Vallis  
 cenda  
 cit, qu  
 longè  
 enim  
 tam a  
 propo  
 mas d  
 nitus  
 fa scie  
 Ange  
 etiam  
 magn  
 mnib  
 Ta  
 orna  
 quæ  
 tioni  
 ret

ret in illis, longè tamen plus videretur posse in gubernandis alijs: in quo genere qualis & quantus fuerit, infrà diceretur. Sed post septem annos, aut octo, revocatus Vallisoletum ad Theologiam docendam, non minore laude id fecit, quàm si nulla diversio muniũ, *Magna cum laude.* longè aliorum, intervenisset. Ità enim testantur jurati, tam acutè, tam appositè, tam nervosè illum proposuisse, & enodasse gravissimas difficultates, ut non ex humanitus acquisita, sed divinitus infusa scientia; neque ut homo, sed ut Angelus loqui videretur. Unde etiam illa, quæ dictabat in scholis, magni passim æstimabantur ab omnibus.

## VII.

Tantam sublimitatem doctrinæ ornavit nō minor animi demissio: quæ maximè apparuit in disputationibus: nam sive præsidebat,

D 4 tacuit

tacuit quantum ferebat mun-  
 praesidis, ut solus discipulus doct-  
 rum responsionum decus referre  
 siue oppugnabat, cum discipulus  
 videret sub argumento fatiscere  
 porrexit ei manum, & ansam pra-  
 buit solutionis arripiendae; & si v-  
 paullum apposite diceret, id e-  
 plicando ad honorem adduxit.  
 Neque verò vnquam ullius impu-  
 gnavit sententiam, nisi postulante  
 id officio suo, vel urgentibus, qu-  
 bus id honestè negare non potuit.  
 Hoc autè fecit ea modestia, qua-

*Per filiã* discipulus esset, non Doctor. V-  
*confessio,* debatur sanè DEVM delectari eju-  
*nis doce-* humiliatone; nam subduxit e-  
*tur de* lumen interdum, ut à difficultat-  
*Theolo-* bus exire non posset, nisi ope alio-  
*gicis dif-* rum ipsi longè imparium, imò &  
*ficultra-* illiteratorum: quod accidit ei  
*eibus.* cum explicanti Mysterium S. S.  
 Eucharistiae, repentè oborra est  
 tam atra, densaque nubes violent-

rissimarum objectionum, præsertim contra conversionem panis & vini, in corpus, & sanguinem Christi, ut in Cathedra moram bene longam traxerit silens; auditoribus admirantibus, & aliquid humanitus ei contigisse existimantibus: nec ab ea perplexitate se tum expedire potuit, sed ab ædituo vocatus, ad alicuius feminæ confessionem accipiendam, discessit. Erat illa ex ijs, quas Ludovicus in studio vitæ perfectioris instruxit: à qua rogatus, quid egerit, cum vocaretur, respondit, se versatum in explicando divino illo mysterio: subjunxit illa, sibi eadem nocte, cogitanti de illo, gravissimas difficultates objectas fuisse; quas etiam recensuit ordine: & erant eadem omnino, quæ illum vexarant in schola. Adjecit illa; sed & multas occurrisse sibi considerationes, & argumenta, quæ

omnisque  
D s rem

rem totam reddiderint sibi pl  
 nam ac facilem, omni difficultat  
 submota. Et retulit has considera  
 tiones, ac sigillatim diluit omnia  
 quæ in cōtrariūm ejus menti eran  
 objecta. Obstupuit ad ista Ludov  
 cus, & omni nube animi deterfa  
 conversus ad DEVM sustulit ma  
 nus, quòd per mulierculam erudi  
 tus esset, magnòque cum sensu  
 erupit in illa verba Christi: *Con  
 fiteor tibi Pater, Domine cæli & terra  
 quia abscondisti hæc à sapientibus,  
 revelâsti ea parvulis. Ita Pater; qu  
 niam sic placitum fuit ante te.* De  
 posuit hoc apud quæsitores Mar  
 chio de Villar; cui, nescio in quo  
 rerum suarum articulo constituto,  
 Ludovicus ipse pro consolatio  
 tione narraverat, quomodo DEVS  
 aliquando soleat juvare per eos,  
 quibus minimè speres.

## VIII.

Postrema in literis Ludovici oc  
 cupatio

cupatio fuit Praefectura studiorum, qua multos annos functus est quàm accuratissimè, non sinendo quidquam exercitiorum praescriptorum omitti: vel opiniones alias doceri, quàm communes, aut valde idoneo fundamento subnixas, quo cuilibet viro docto meritò persuaderetur eius probabilitas. Quare diligenter legebat omnia, quæ dictata erant in scholis, & expendebat accuratissimè: quòd si quid minùs ei probatum esset, proponebat Magistris, audiebatque illos patienter: si verò non satisfacerent, nullo modo permittebat id eos defendere. Indè factum est, ut reveriti censuram, integritatem, & constantiam eius, admodum cauti essent in opinionum delectu: quos autem videbat abhorrere à novitatibus, multùm laudabat, grarias illis agèdo. Quando per corporis infirmitatem non poterat

*Committere ei Praefectura studiorum.*

*Aversatur novitas opiniones.*

sibi pl  
cultat  
nsidera  
omni  
ati era  
Ludov  
eter sa  
alit ma  
n erud  
n seni  
i: Con  
terra  
tibus,  
er; qui  
e. De  
es Mar  
in que  
onstitu  
onsola  
DEVI  
r eos,  
vici oc  
upatio



poterat comparere in publicis  
concertationibus, eo saltem loco  
erat, in quo non conspici quidem  
ipse, sed omnia tamen posset au-  
dire: aut si neque hoc morbus  
permitteret, curabat fideliter  
referri, quidquid actum fuisset,  
merita omnes laude, & gratulatio-  
ne remuneraretur. Nunquam per-  
misit examinari quenquam è no-  
stris scholasticis, quin ipsemet in-  
teresset: & P. Alfonsus de Cano  
testatur, eum semper, in omni con-  
gressu Doctorum, obtinuisse insti-  
tuti magistri omnium presentium, qui  
adeò cōprehenderit omnia, licet  
nunquam audita sibi, ac si diu mu-  
tūmque meditata haberet, & ipse  
met adhuc versaretur in scholis.  
Quando videbat eum, cujus pro-  
fectus explorabatur, non satis exa-  
minatori fecisse, charitate mortali  
arripiebat causam, ac tam clare  
facilique modo proponebat diffi-

cultu

cultatem, ut illam non ægrè dissol-  
veret, nisi qui indoctissimus esset.

IX.

Dum versaretur Ludovicus in  
occupationibus literarijs, à P. Clau-  
dio Aquaviva, quinto Præposito  
Generali Societatis, ad supremum  
apud nos gradum, Professionis  
quatuor votorum, admissus est:  
eo sanè dignissimus, ut cui nihil  
deerat eorum, quæ S. Ignatius re-  
quirit in promovendis ad hunc  
ordinem, ad quem nõ alios, quàm  
spiritûs & doctrinæ selectæ viros,  
& multum, diuque exercitatos, &  
in varijs probationibus virtutis, &  
abnegationis sui ipsorum, cum o-  
mnium ædificatione & satisfactio-  
ne perspectos, admitti voluit.  
Fecit professionem Vallisoleti 24.  
die Januarij anno seculi 1593. suæ  
ætatis 39. cum novendecim  
annis in Societate  
fuisse.

*Facit  
Profes-  
sionem  
solènem.*

CAPUT